



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Rvperti Abbatis Monasterii Tuitiensis, ordinis sancti
Benedicti, Theologi antiqui ac plane clarissimi, in Cantica
Canticorum de incarnatione Domini commentario[rum],
libri VII**

Rupertus <Tuitensis>

[Köln], 1527

VD16 B 3703

Q[u]æsiui illum, & non inueni: uocaui & non respondit mihi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34445

RVPE. IN CANT. CANT. CA. V.

ad discipulum autem, ecce mater tua?

¶ Ibi ignis, ibi gladius: ignis amoris, gladius doloris: & anima mea uictima erat holocausti. Hanc enim & ignis incendit, & gladius pertransiit. Vñ sicut adeps sacrificij liquefcit ab igne, & sicut fluit sanguis de gladij uulnere: sic anima mea liquefacta est, non ibi semel tantum ubi moriebatur ipse, uerumetiam quotiens me aperiente pessulum ostij mei locutus est in me. Totiens quippe sensi profundo corde, uulnerata mente, istud quod nunc dico, quia declinauerat atque transierat, ipsa commemoratione horum sensum mihi renouante, ut magis ac magis sentirem eum hic iam non esse uisibiliter non cõparerere.

¶ Quæsiui illum, & non inueni: uocaui & non respondit mihi.

¶ Quæsiui, scilicet iugiter meditando: uocaui, semper orando: sed sic quærens non inueni, sic uocanti non respondit mihi Dulce lumen, & delectabile est oculis uidere solem: sed mihi dulce sentiebam uidere carnem meam in ipso uiuente delectabile habebam, quem genueram, uidere facie ad faciem, ad dexteram patris super omnia fulgentem. Non sic statim inueni, non quæ cito uocaui, super hoc respondit mihi.

¶ Inuenerunt me custodes qui circumueñt ciuitatem. Percusserunt me, & uulnerauerunt me, tulerunt mihi pallium meum custodes murorum.

¶ Qui sunt uel erant illi uigiles, illi custodes